

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia t
cum uariis

Sepe dum quosdam maior scientia erigit a ceterorum societate disiungit, et quasi quo plus sapiunt eo a concordie uirtute desipiscunt. Sed hii audiant quid per semetipsam Veritas dicat: habete sal in uobis et pacem habete inter uos. Sal quippe sine pace non uirtutis est donum, sed dampnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit, eo deterius delinquit; et idcirco inexcusabiliter merebitur supplicium, quia prudenter, si uoluisset, potuit uitare peccatum.

Gregorius in pastoralibus.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sepe] sape (*cor. supra lin.*) B; societate] se *add.* V² L¹ L²; disiungit] disiungunt P V¹ V² L¹ L²; semetipsam] semetipsum V¹ V² L²; donum] domum V¹; quo] quod C; potuit] potuiss (*cor. supra lin.*) C